

Merito ergo in posteriori narratione lux veniat; sua enim valde certa nobilitatis quocumque loco contenta erit, atque secura. At sal, cum sit valde abjectum, poterit se exillimare contemptum; & ne in diffidentiam abeat, primus ei locus concedatur. Vide lib. 1. cap. 1. numero 143. & lib. 2. cap. 5. numero 16. & in hoc lib. cap. 6. num. 46. Ex quo etiam obiter nota quod Apostoli dicuntur, sal, & lux, tam propter se quam propter nos. Lux quid maxime nobile, sal quid valde abjectum, si enim ipsi se considerarent ut lucem, ne superbia extollantur, sciant quod in eis humilis falis conditio non denegatur, & etiam propter nos ita dicuntur; quia si discipuli nobis viderentur esse in contemptum, quia abjecta falis naturae similes existebant, nobis etiam in magna reverentia essent, quia in eis splendor lucis perfulgebat.

Discipuli agnoscent se humiles, & nos eos in magna reverentia habebimus.

73. Prius in se Prælati exornantur rigerem, ad quem alios hortantur

Gregor.

74. Pfall.

August. Remig. Chrysol. D. Thom.

Lorin.

Prædicator ita verberet auditores verbo, ut in se exornentur.

Iqd. Pelus.

75. Pfall. 7. Ezech. 30.

Apocal. 1. Mendoga.

Octavo. Prius comparantur sal, deinde luci; nam sal maxime constingit, ac comprimit. Prælati ac Prædicatores prius semetipsum debet astringere, ac reformare in vita, & moribus; & postea alios docere, & illuminare. Magister prius se ipsum virtutum, iustitiae, ac doctrinae documentis accingat; deinde ad semitam recte, honesteque vivendi amplectendam hortetur & alios. Eleganter hoc docet D. Gregorius Magnus lib. 1. Reg. cap. 9. num. 2. ad illa verba: Erat ei filius; sic ait S. Doctor: Boni doctoris pleni in se ipsis sunt affluentes alii: & de abundantia sui, aliis tribuunt: Boni Magistri prius in se ipsis pleni sunt, & ex sui abundantia hac plenitudine aliis communicant, bonamque in eos derivant disciplinam.

Ait: Regius Vates Psalm. 44. numero 4. loquens de Christo Domino communi omnium magistro: Accingere gladio tuo super femur tuum potentiissime. Et postea num. 6. ait: Sagitta tua acuta, populi sub te cadent. In utroque loco per gladium, & sagittam intelligit prædicationis verba, ut docent Divus Augustinus, S. Remigius, Chryostomus, D. Thomas, & alij. Sed cur victoria gloria; Populi sub te cadent, non decantatur, cum commemoratur gladius; Accingere gladio tuo, sed dum de sagitta fit mentio: Sagitta tua acuta, populi sub te cadent. Quod etiã notavit Morinus. Inter utraque arma bellica, hoc est discrimen, quod gladius secat, vulnerat, ac interficit alios; sagitta verò antequam collimetur ad scopum, ad pectus sagittarij ponitur; & antequam à arcu emittatur, ac alios pungat, prius ipsum sagittarium tangit. Bene ergo totus triumpus sagittarum ascribitur; ea enim Prædicatores verba aliis proficiunt, quæ antequam ex arcu emittantur, ac ab ore exeant, prius ipsum Prædicatorem attingunt, & pungunt. Divus Isidorus Pelusiora lib. 23. Epistol. 102. sic ait: Sermo actione, scilicet operatione doctoris, destituitur, non ultra autem grassatur; qui autem ab actione animatus est, ut qui acris, & effrax sit, aliè penetrat, animamque attingit.

Multoties in Scriptura introducit Deus habens gladium, Psalm. 7. num. 13. Gladium suum vibrabit, Ezech. 30. num. 24. Daboque gladium meum in manibus eorum; numero 25. Cum dederò gladium meum, At in Apocalypsi apparet: Ore eius gladius ex utraque parte acutus exibit, Apocal. 1. numero 16. Qui, ut explicant graves Recensiores, iuter quos est Mendoga 1. Reg. cap.

versu 6. num. 6. habet duos mucrones. Cur verò aliis locis gladius tantum, hic autem desinens duo acumina? Alibi denotabatur gladius materialis; hic verò erat gladius prædicationis, ac doctrinae, ut ibi explicat Divus Ambrosius, Andreas, Primasius, Aretas, Ansbertus, quo procedebatur ad arguendos, ac reprehendendos Episcopos Asiae. Per quod denotatur, quod gladius materialis uno cuspide terminetur ad vulnerandum, ac occidendum. At verò gladius prædicationis duo habeat acumina, unum, quo auditores peringat; alterum, quo ipsummet Conciliatorem penetret; & quando mucro gladii verbi Dei exit ad auditores, jam alter mucro in corde Prædicatores sit infixus. Aliter enim verba efficaciam non erunt. Cassianus collat. 11. cap. 4. Nunquam erit efficax, ait, instrumentis auditoris, nisi eam affectu operis sui cordi assiderit auditor.

Ambros. Andreas. Primasius. Aretas. Ansbert.

Prædicatio prius penetrat prædicatorem, quam ad auditores tendat. Cassian.

QUESTIO X.

Quare Apostoli dicuntur lux?

76. AM aliquas hujus difficultatis rationes attigi supra quæst. 5. num. 4. & 44. & intra etiam 9. 12. quædam dabo. Nunc verò alias proferamus. Communis solutio sanctorum Patrum, Hilarij, Divi Augustini, D. Hieronimi, Thryostomi, & aliorum. Dicuntur Apostoli lux: quia mundum, errorum, vitiorumque caligine obrebratum, luce vitæ, Evangelicæque doctrinae illustrarunt, ac illuminarunt.

Hilar. August. Hieron. Chrysol.

Secundo. Ansbertus in cap. 1. Apocal. Dominus Apostolis suis dicit: Vos estis lux mundi; qui videlicet non solum lucent, sed & ardent; quæ verba eorum lumen scientia simul, & amoris incense prædicant. Lux illuminat, & ardet: in Prædicatores resplendet scientia, ardor charitatis, per scientiam subditos dirigit, per charitatem diligit, fovet, ac recreat. Tertio. Simon Cassianus lib. 8. cap. 26. Lux, non ad se ipsam, sed ad alios est creata. Lux, ut dixi citata quæst. non se ipsam illuminat, sed alios.

77. Ansbertus. Prælati lucent, & ardent, & verba eorum lumen scientia simul, & amoris incense prædicant. Cassian.

Quarto. Divus Paschasius l. 3. in Matth. Apostoli, cum essent filij tenebrarum, facti sunt per gratiam Spiritus sancti lux in Domino; juxta quod scriptum est: Qui adhaeret Domino, unus Spiritus est, 1. Corinth. 6. num. 17. Et postea iterum ait: Luci tenebrarum filij erant, Christus Dominus autem, lux est mundi; & quia illi Christo adhererant, lux esse meruerunt; tantum enim de optima societate percipitur, ut qui tenebræ erant, luci appropinquantes, lux sint effecti. Quinto S. Analtasius, Sinaita in Hexæmeron. Lux originatur in celo, fulget in terris. Lux cœlestis est, & radiat in terra: sic & Prædicatores conversatione totus sit cœlestis; lux tamen doctrinae radiis in peccatorum terram diffundat, ut eos illuminet, atque illustret, Sexto. Peroptime doctrina luci accommodatur, debet enim, ut lux meridiana, clara esse, & manifesta. Vide cap. 7. numero 27. & 28.

78. Paschas.

1. Cor. 6. Magna utilitas ex bona societate.

Sinaita.

Doctrina clara, & lucida sit. & 28.

Septimo. Lux apud antiquos gratitudinis symbolum fuit: ad quod fortè alludit Job 38. num. 7.

79.

num. 7. Cùm me laudarent simul astra matutina. Nam lux non sibi laudes procurat, sed in sui creatoris laudem omnium excitat animos. Ita bonus Prædicator, non humanæ gloriæ sibi quærat vanitatem, sed ad Dei gloriam, & exaltationem in omnibus moveat auditores. Ita ait D. Bernard. epistol. 42. Puritas cordis in duobus consistit; in quærenda gloria Dei, & utilitate proximi.

Bernard.

80. Ambros.

Lux prælati, odium iniquorum.

81. Prælati sine aliorum obsecratione fulgeant.

Psal. 73.

Incogn.

Qui ut fulgeat, alios obrebrat, à dignitate decedit.

82. Prælati omnibus seruiant, sine lucris expectatione.

23.

Genes. 1. Vatabl.

Cassiodor.

ma omnibus gubernatoribus, ut discant, absque proprio commodo in inferioribus inservire Oleaster, Vides, ait, quot, & quanta terra luminaria præsent ministeria, nihil lucris ex ea sperant, neque dedignantur, cum tam sublimia corpora sint, infimo elemento terra, tot scilicet, præstare ministeria. Quo exemplo docentur principes, nobiles, & sublimes inferioribus, cum opus sit, ministrare.

Oleaster.

84.

Gen. 24.

Præfugium boni gubernatoris, omnibus consilium.

Cum servus Abraham, ad quærendam domino suo sponsam, pervenisset ad fontem; cumque à Deo maxime exorasset ut viam ejus dirigeret, ait, Puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam, ut bibam; & illa responderit: Bibi; quia & camelis tuis dabo potum: ipsa est, quam præparasti servo tuo Isaac, ut per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum domino meo, Genes. 24. num. 4. Cur pro agnoscenda electa sponsa domini sui Isaac hoc petit signum? Cur non ait: Puella, cui ego dixero: Da mihi bibere; & ipsa obtulerit mihi cibum ad comedendum, vel hospitium ad recipiendum, vel interrogaverit me Quis ego sum; vel aliquid à me quæsiverit: nullum horum in signum petiit. Sed puella, cui ego dixero: Da mihi bibere, & ipsa responderit, quin & camelis tuis aquam præbebo, ipsa est præparata uxor domini mei. Quid apparet in hoc facto magnam regiae dignitatis præfugium? Statuit sibi homo, quod illa solum erat apta, ut esset materfamilias, domina, & gubernatrix amplissimæ possessionis, ac familiaris Abraham, quæ eam animi regalitatem obtineret, ut absque ullo proposito lucro, illiusque expectatione, non solum magnis, utpote Eleazaro, consuleret; verum etiam parvis, ac infimis, ut camelis, & servis atenderet, necessitati que omnibus præberet, ac suppeditaret, Abulensis. Hoc posuit Eleazar canis, quod enim aliqua puella videret hominem alienigenam, libenter, & sine petitione daret ei, & camelis suis potum, valde magna bonitas vivebatur.

QUESTIO XI.

Quare Abrahamides nuncupentur pluraliter plures stellæ & luces, & Apostoli singulariter, cum sint multi, dicuntur singulariter lux?

ABRAHAM filij appellantur à Domino stellæ pluraliter: Numera stellæ, si potes; sic erit semen tuum, Genes. 15. numero 5. & 22. numero 17. & 26. numero 4. At verò suis discipulis ait Dominus, Vos estis sal, Ratio diffinitæ, Cùm discipuli multitudine extarent, eos non lucas, sed lucem Dominus vocat; at vero Abrahamides multæ lucas, multæ stellæ dicuntur. Cur divina veritas in his comparationibus non observat eundem modum? Si Israëlitarum dicuntur plures stellæ, Apostoli etiam quare non dicuntur multæ lucas? Et si Apostoli una lux nuncupantur, cur etiam Abrahamides una stella, una lux non vocantur? Unde hæc diveritas?

85.

Gen. 15.

86.

August.

Ut respondeam ad quæstionem, suppono ex sententia multorum Patrum, & docet D. Augustinus contra Faustum cap. 2. Temporalium quibusdam...

dem, ait, verum promissiones veteri Testamento contineri, novo ambigunt; quod aeterna vita promissio, regnumque caelorum ad novum pertinet Testamentum.

Solutio quaestioni.

Bona temporalia divisionem patrium, gratiam unionem.

87.

Isai. 6.

Psal. 13.

Salomon, Lyran.

Gratia facit unionem in multis; temporalia divisionem etiam in uno.

Origen.

1. Cor. 9.

88.

Suum Isaias sublimem visionem describens ait, quod vidit Dominum in praerexcellentis throno, quem circumstabant Seraphim; & inquit: Clamabat alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum. Et addit Propheta: Et commota sunt superliminaria eorum a voce clamantis, Isai. 6. n. 3. & 4.

trium, turturum quoque, & columbam. Et addidit facer textus: Qui tollens universa haec, divisit ea per medium: aves autem non divisit.

Genes. 15. In temporalibus divisis in spiritualibus unio.

August.

QUESTIO XII.

Quare Apostoli non dicuntur sal mundi, & lux terrae?

Vo s discipulos Dominus appellat sal terrae, lucem mundi. Cur eis contrarium non dicuntur sal mundi, lux terrae? Ut respondeam, adverto, quod terra dicitur hoc commune elementum, ac mundus non solum dicitur terram, sed etiam aërem, & caelum, ex quibus omnibus communis haec machina coalescit.

89. Quid dicitur terra; quid mundum.

90.

Unaqueque res, sphaera sit sua contenta, suumque debitum observet ordinem.

91.

Nulla est tam praecara dignitas, quae luce aliena indigeat.

Exod. 25.

Lyppom.

Epiph.

Ephod Aaronis, nam quamvis ipse in Israël princeps, summusque dignitate esset Sacerdos, ut tamen purpura, auro, omnique lapide pretioso niteretur, ac resplendesceret, aliorum datis, & oblati indigebat.

29. Praedicator non de suo comando, sed de auditorum utilitate agit.

93.

Joan. 8. Christus dignitatem suam non communicavit. Paulin.

94.

Math. 16. Joann. 13.

Joan. 1.

1. Corinth. 3. Dominus suis nos dignitatem participem facit.

Nazianz.

95.

Daniel. 6.

Tertio, Sai hoc habet sibi proprium, sterilem reddere terram, ut supra dixi, & in confesso est apud omnes. At lux maxime fecundat aërem celestibus influentiis suis, quibus redditur potens, ut in omnium ublunarium generationes, & conservaciones influat.

fovea leonum ostium omnibus esset intactum; Regis tibi pendere sigillum? Ad quid ultra insignia principum? Quis enim esset ausus, debitam Regi violare venerationem, facilius contemneret nobilium auctoritatem? Ad quid ergo & Regis, & optimatam imprimatur annulus? Hugó. Cardinalis Hogo: De claris, ait, elucefiat virtus Rex suos est liberantis. Darius Rex merito sibi persuasit, valde magnum, ingensque esse, hominem sanctum, & innocentem a morte, ac ab iniquorum manibus liberare, ideo ad ostium ergastulii leonum, sui ac suorum stemma affixit, ut eximius ille honor, magnaque auctoritas, quae ex tuenda, ac patrocinanda iustitia proveniebat, sibi, & suis esset communis.

QUESTIO XIII.

Quare Dominus discipulis non explicet munera, ob quae dicuntur, sal, & lux?

Et Dominus suis Apostolis: Vos estis sal terrae; & vos estis lux mundi. Cur eis non declarat officia, quae in illa debebant dignitate persolvere? Cur eis non ait: Vos estis sal ad condiendum, lux ad illuminandum? Cur ergo hoc supprimit, & tantum ait: Vos estis sal terrae, vos estis lux mundi?

Respondeo, quod in ipsamet dignitate, ac praetura, quae eis conferrebat, quod essent sal, & lux, ibi intimè includebantur munera, quae persolvere debebant, condiendo, & illuminando: semper enim honorum insula, ac praesidentia seculi cum involvit obligationem, quam unusquisque adimplere in suo munere debet; alios illuminando, fovendo, ac conservando; haec enim sunt praeturae pensiones.

Fecit Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut praesertit dici; & luminare minus, ut praesertit nobis; Genes. 1. num. 16. Sed cur non dicitur, quod regis his duobus planetis data est virtus ad producenda, conservanda, ac nutrienda sublimitaria? Sol enim, & homo generant hominem; Quod etiam notavit Philo lib. de mundi officio. Quare Philo.

ergo, sicut dicitur: Germinet terra herbam vi-remem, & facientem semen, Genes. 1. num. 11. de Genes. 1. aquis: Producant aqua reptile anima viventis: & volatile super terram, ibid. num. 10. Cur ergo de Sole, & Luna non dicitur, quod ad sublimitaria producenda suum praesertit influxum? Terrae, & aquis nulla est praesidentia data; Deus verò haec duo creavit caelestia corpora, ut praesidenti, ac dominandi obtinerent officium: Ut praesertit dici, ac nobis; ideo non fuit ulterius necessarium, ex-

primere, quod producendi, & conservandi virtutem haberent, cum in munere praesidenti haec intimè includantur. Bene, ait Rupertus lib. 6. in Joann. creatus es Rex, ut omnibus proficias, omnibusque attendas; his enim cogitationibus depingitur regalis purpura.